

12 OBSERVAT SIDEREÆ

ope Stellarum intercapedines per aliquot minuta adinuicē diffitarum, citra vnus, aut alterius minuti peccatū commode dimetiri poterimus. Hæc tamē sic leuiter tetigisse, & quasi primoribus libasse labiis in p̄sentiarū sit fatis, p̄ aliā n. occasionē absolutā huius Organi theoriā in medium p̄feremus.

Nūc obseruationes a nobis duob. p̄xime elapsis mensib. habitas recenseamus, ad magnarū profecto cōtemplationū exordia omnes veræ Philosophiæ cupidos conuocantes.

De facie aut̄ Lunæ. q̄ ad aspectū nostrū vergit, 1. loco dicamus, q̄ facilioris intelligētix gratia in 2. partes distinguo, alterā nēpe *clariorē*, obscuriorē alterā: clarior videt̄ totū hemisphæriū ambire, atq; p̄fundere: obscurior vero veluti nubes q̄dā faciē ipsam inficit, maculosamq; reddit: istæ aut̄ maculæ subobscuræ, & satis amplæ vnicuiq; sunt obuix, illasq; æuū omne cōspexit: quæ p̄ *magnas* seu *antiquas* eas appellabimus ad differentiā aliarū macularū amplitudine minorū, at frequentia ita constitutū, vt totā Lunarē superficiē, p̄sertim vero lucidiorē partē cōspargāt; hæc vero a nemine ante nos obseruatæ fuerūt; ex ipsarū aut̄ sæpius iteratis inspectionib. in eā deducti sumus sententiā, vt certo intelligamus, Lunæ superficiē, nō p̄politā, æquabilē, exactissimæq; sphæricitatis, existere, vt magna Philosophorū cohors de ipsa, deq; reliquis corporib. cœlestib. opinata est, sed cōtra inæqualē, asperā, cavitatib. tumoribusq; cōfertā, non secus, ac ipsiusmet Telluris facies, q̄ mōtiū iugis, valliūq; p̄funditatib. hincinde distinguit̄. Apparētix vero, exq; bus hæc colligere licuit, eiusmodi sunt. 4^a. aut 5^a. post cōiūctionē die, cū splēdidis Luna sese nobis cornib. offert, iā terminus partē obscurā a luminosa diuidēs, nō æquabiliter secūdū oualē lineā extendit̄, veluti in solido p̄fecte sphærico accideret, sed inæquabili, aspera, & admodū sinuosa linea designatur, veluti apposita figura rēp̄sentat.